Trier (1462) aus Seite.

aus den Gestis Boemundi

Nota quod anno Domini 1288 in die beatorum martirum Processi et Martiniani Albertus dux Austrie Adulphum de Nassau regem Romanorum monasterium Monster Dreyse ordinis Premonstratensis seviter occidit congressione preliali seque in regnum intromisit quod firmiter credidit gladio se obtinuisse triumphali. Verumtamen procuravit se in Romanorum regem electionis iure sublimari et Aquisgrani solemniter coronari. Quo tempore ille pius ac fidelissimus princeps Bohemundus primus de Warnisberg archiepiscopus Treverensis specialissimus fautor predicti Adolphi regis hoc multum egre ferens nec consenciens nephanda in ore non potuit oblivisci cunctis diebus vite sue. Tandem decumbens in palatio Treverensi ab hoc ergastulo carnis terrena relinquens feliciter migravit ad Dominum sepultus in claustro quod Hymmerode dictum ordinis ~~Premonstratensis~~ Cisterciensis anno Domini 1299 4ta post festum Nicolai pontificatus sui anno undecimo. Post quem tunc Bonifacius papa octavus dominum Dethenum predicti Adolphi regis germanum causa vesanie Alberti regis resistende in Treverorum archiepiscopum non postulatum nec ab aliqua parte capituli electum celeriter sublimavit. Qui ~~cum~~ tamen quamdiu vixit nec ~~ta~~ capitulum nec patria obedivit nec unquam ab eis ut archiepiscopus tentus est. Contra quem capitulum quendam de Vrenenbergh elegit cui cum maior pars subditorum obedierit, cepit devastare bona ecclesie aut impugnare, contra Albertum ducem fortiter restitit. Universum eciam clerum dyocesis contra se provocavit in tantum quod eum ad Clementem papam vocare ac citare provocarunt, quo citationis termino imminente de hoc carnis ergastulo quantocius migravit anno Domini 1308 in die Clementis.

Obiit autem Dethenus predictus anno eodem in crastino sancti Clementis in claustro predicatorum sepultus. Nota et quia predictus Dethenus non a capitulo electus nec Henricus confirmatus, propterea non sunt positi in ordine archiepiscoporum.

Post quos Baldewinus de Lucemburg postulatus eodem anno Domini 1307 septima die Decembris. Obiit autem anno Domini 1353. Unde presul ~~Bohemundus Secundus de Sarapon~~ Baldewinus moritur lux explicat Agnes. Deinde Bohemundus dux de Saraponte senex dierum in 1353 [illegible] in archiepiscopum [illegible] Domini [illegible]
Qui obiit anno [illegible] ummo